



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia
Sacrarum Literarum Primarij Professoris. Tractatvs De
Legibvs, Ac Deo Legislatore**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1619

Cap. XX. An per innouationem priuilegij confirmetur, vel denuo gratia
concedatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94074](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94074)

usq; Pontificis. Quod explico in hunc modum, quia quando Pontifex confirmat priuilegia, v.g. Minoru, illa confirmatio formaliter (vt sic dicam) communicatur Prædicatoribus, id est, vt versatur circa ipsamet priuilegia Minorum, quia illam et communicatur Prædicatoribus, non solum vt antea erant, sed etiam vt sunt confirmata, vt per se constat ex dictis, quia illa priuilegia per communicationem sunt facta tanquam propria illius religionis, & confirmatio illorum etiam est priuilegium, quod communicatur illis; ergo non potest illa communicatio habere etiam alium effectum confirmandi propria priuilegia Prædicatorum. Tum quia per priorem effectum satisfactum est menti vtriusq; Pontificis, neq; alter eorum alium explicauit, aut voluit. Tum etiam, quia aliàs bis communicaretur illa confirmatio tali religioni, semel circa priuilegia prius communicata, & iterum circa propria, quod est alienum à ratione, & sine vlllo fundamento in voluntate Pontificum. Secus verò est in alio exemplo adducto: nam quando communicatur priuilegium festiuitatis alicuius sancti proprii, ita applicatur vni religioni ad sanctum eiusdem ordinis, vt non communicetur quoad sanctum alterius ordinis, & ita saluatur vnica, & vt sic dicam, formalis communicatio, licet in materia seruetur tantum proportio.

14. Nèq; etiam propter seruandam æqualitatem inter illas religiones, necessarius est ille effectus, quia satis per hoc seruatur, quod sicut illa priuilegia manent confirmata pro vna religione, ita etiam pro alia; & è cõuerso, sicut propria priuilegia, v.g. Prædicatorum non manent confirmata ex vi confirmationis date Minoribus, ita etiam non communicabuntur Minoribus illa priuilegia Prædicatorum vt confirmata, sed prout antea erant, & communicabantur. Hinc verò potest limitari hæc nostra sententia, vt non procedat, quando per indultum confirmantur omnia priuilegia religionis alicuius siue propria, siue communicata: nam tunc consequenter cõfirmantur priuilegia alterius religionis, non tamen vt illius, sed vt per communicationem facta sunt alteri. Quia illa prior religio etiam habet communicationem cum altera quoad futuras gratias, vt supponimus; ergo per communicationem habebit sua priuilegia confirmata ex redundantia (vt sic dicam) generalis confirmationis concessæ alteri religioni, vt consideranti facile patebit.

CAPVT XX.

An per inuouationem priuilegij confirmetur, vel denuo gratia concedatur.

1. Solent Pontifices aliquando simpliciter priuilegia confirmare, nihil amplius addendo, aliquando vero non contenti verbo confirmandi, addunt, Confirmamus, & innouamus, & interdum superaddunt, & de nouo concedimus, sicut Paul. V. in confirmatione Priuilegiorum Societatis adiecit, & sæpe in confirmationibus Mendicantium inuenitur, & refertur in Supplem. concess. 191. & in Monum. Min. concess. 343. Dubium ergo est, quomodo verbum innouandi distinguatur à verbo cõfirmandi, & quid addat. Quod dubium proposuerunt fratres Minores Iulio II. pro intelligentia cuiusdam confirmationis suorum priuilegiorum factæ à Sixto IV. cum illa additione, Et de nouo concedimus, interrogates, an per illa restitueretur, seu de nouo concederentur etiam priuilegia prius reuocata. Respondit autem dictus Papa Iulius II. per illa verba solummodo esse confirmata priuilegia dicto ordini concessa, & non aliàs reuocata. Ita habetur in Bulla Iulij II. anni 1504. incipit, An militantis Ecclesie agro, & habetur in li. Monument. Minor. fol. 125. & 126. pag. 2. concess. 277. in impressione Salmant. an. Suarez de Legib.

1511. & refertur ab Emman. Roder. in 1. ro. Bullarū. p. 570. Habet a. difficultatem illa responsio, primò, quia videtur contra vim, & proprietatem verborum, precipue illorum, Et de nouo concedimus. Secundò, quia hoc modo videntur frustra addi: nam illud satisfecit factum per puram confirmationem non solum ex certa scientia, sed etiam in forma communi, vt ex dictis patet. Tertio, quia sequitur minus concedi per illa verba, quam per confirmationem ex certa scientia, quia per hanc reparantur, & restituntur priuilegia reuocata, vt dictum est, quod negatur fieri per verba prædicta.

2. Respondeo, sicut cõfirmatio distinguitur in eam, quæ est in forma communi, vel ex certa scientia, ita etiam posse inuouationem distingui: nam videtur eadẽ ratio, quia est in potestate Pontificis vtroq; modo illam facere. Posita ergo tali distinctione, & illam applicando cum proportione ad confirmationem, videtur in primis dicendum, quando inuouatio est in forma communi non restituere priuilegia reuocata, vel quomodo libet amissa, nec dare nouum ius, sed solum antiquum innouare. Ad hanc cõclusionem probandam allegari solent sequentia iura, c. ex parte, 1. de priuileg. vbi dicitur, priuilegium, & c. duximus innouandum, ita tamen vt per inuouationem ipsius, eidem Ecclesie non plus iuris accrescat. Sed ex his verbis posset quis in contrarium argumentari, quia nisi addidisset Pontifex, ita tamen, & c. innouando absolute, videretur ius nouum concedere, licet constet ex textu illam inuouationem nõ fuisse ex certa scientia. Sed huic euasioni obstat c. quia intentionis, eod. tit. vbi expressè, & absolute dicitur, cum innouatio nec ius nouum conferat, nec etiam tollat vetus. Quare in alio textu clausula illa, ita tamen, & c. non ponitur vt necessaria ad limitandum verbum, innouandi, sed ad declarandum illud, vel etiam ad reddendam rationem, cur tam facile concessa fuerit illa inuouatio, sicut a per se etiam fit in cap. cum dilecta, de confirm. vtil. vbi additur, per inuouationem ius nouum non acquiri, sed conseruari antiquum. In his ergo locis frequens est hæc sententia.

3. Occurrit tamen circa hæc iura considerandum, nomen priuilegij æquiuocè posse sumi, vno modo pro iure ipso, vel gratia per Principem concessa, prout sumi possent priuilegium definitiuum in principio huius materie, alio modo pro instrumento authentico, in quo talis concessio, & fides, seu probatio eius continetur, sicut etiam nomen contractus interdum significare solet pactum ipsum, interdum instrumentum authenticum, vt late tradit Tirag. l. 1. de retract. §. 2. Gloss. 1. in Tirag. princip. Nam ex vsu non minus constat hoc in priuilegio, quam in contractu. Hinc ergo inuouatio priuilegij interdum refertur ad solum instrumentum, qua vetustate forte consumitur, & ideo inuouatio eius conceditur. Aliquando vero potest referri ad rem ipsam, vt ius antiquius concessum postea innouatur. Priori modo clarum est, inuouationem priuilegij non conferre ius nouum. Et planè hoc modo loquitur dictum cap. cum dilecta, vt patet ex illis verbis, Prædicta priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta, cum fuerint non in pergamento, sed in papyro conscripta, duximus innouanda. Et in eodem sensu loquuntur alia iura. Innouari ergo priuilegium hoc modo, nihil aliud est, quam nouum instrumentum priuilegij antiqui ex veteri instrumento exemplari, quod eiusdẽ sit auctoritatis cum originali, quia Principis auctoritate factum, vel approbatum est. Argumento c. vlt. de fide instr. & ideo nouum ius dare non potest, quia ius in multis instrumentis contentum, nec est aliud, & aliud, nec est maius. Imò (vt rectè ait Panormitan. in d. c. cum dilecta) talis inuouatio ius in priuilegio contentum non confirmat, vtique secundum se, quia illi robur, aut valorem non addit, quoad nos vero quodammodo confirmat, quia facilius, vel diuturnior sit probatio eius, & hoc modo dicitur etiam hæc inuouatio conseruare priuilegiũ, quia perditio, vel

Roderi
Difficulta-
tes circa re-
sponsum.

Inuouatio
nem in for-
ma commu-
ni non resti-
tuere priu-
legia reuoca-
ta, nec dare
nouum ius,
sed solum re-
stituere anti-
quum.

c. cum dile-
cta.

Dupliciter
sumi possent
nomen priuile-
gij, alio modo
pro instru-
mento authen-
tico, in quo
talis concessio,
& fides, seu
probatio eius
continetur, sicut
etiam nomen
contractus inter-
dum significare
solet pactum
ipsum, interdum
instrumentum
authenticum, vt
late tradit Tirag.
l. 1. de retract.
§. 2. Gloss. 1.
in Tirag. prin-
cip.

Panormi.

11.
e. secundu
suo dicit
andij.

14.
Quando con-
firmantur o-
mnia priu-
legia alicui-
us religionis, si-
ue propria, si-
ue communi-
cata sunt cõ-
sequenter cõ-
firmantur pri-
uilegia alicui-
us religionis,
vt per cõ-
municatio-
nem facta
communia.

13.

Bulla Iulij
II.

vel consumpto instrumento, perditur ius quoad forum saltem externum, nisi loco illius succedat præscriptio, & ideo per renouationem priuilegij quodammodo conseruatur ius in eo contentum.

4. Quocirca de hoc innouationis modo nulla nobis est difficultas, nec de illo principaliter loquimur, sed de alio modo, quando ius ipsum, & non instrumentum continens illud innouatur. De hoc enim modo innouationis videntur loqui Pontifices, quando dicunt innouare priuilegia, tum quia eodem modo dicunt innouare, quo confirmare, non confirmant autem instrumenta, sed gratias in illis contentas, ergo illas etiam innouant, tum etiam quia non concedunt licentiam renouandi, aut exemplandi denuo vetera instrumenta, nec transumpta approbât, sed ipsamet formalia priuilegia (vt sic dicam) innouant, tum maxime, quia sæpe dicunt expresse, de nouo priuilegia talia concedere: concedere autem priuilegium non est concedere instrumentum illius, sed est ius speciale donare. De hac autem innouatione, non probatur sufficienter ex dictis iuribus, quod nullum ius conseruat, quia hæc innouatio non est talis, qualis est illa, de qua dicta iura loquuntur, sed diuersa, vt constat ex dictis, à diuersis autem non fit illatio. Maxime quia necq; necessario sunt coniuncta: optime enim potest innouari instrumentum, non renouato iure, imo nec confirmato, vt dictum est, & de conuerso potest innouari ius ipsum, non concessa innouatione antiqui instrumenti. Aliunde vero innouatio idem esse videtur, quod renouatio; renouatio autem est restitutio rei iam destructæ seu finitæ in quo à prorogatione differt, quæ est continuatio seu ablatio rei, quæ adhuc durat iuxta l. sed vsq; ff. de precario, & l. dies, ff. de damno inf. vbi Glossa, & Doctores, & late Tiracq. de vtroque retract. l. 2. §. 1. Gloss. 7. n. 24. ergo innouatio priuilegij ex vi verborum reparatio est priuilegij amissij; ergo semper habet hunc effectum, siue sit ex certa scientia, siue non, quia priuilegium operatur quantum sonat in proprietate verborum.

Potest renouari instrumentum non renouato iure, imo nec confirmato.

Tiracq. Glossa.

5. Nihilominus si contingat, innouationem priuilegij quoad ius ipsum, & gratiam non fieri ex certa scientia, sed in forma communi, vera est, & recepta assertio posita. Dico autem (si contingat) quia non videtur illa innouatio in sensu explicato multum vitata. In Bullis enim Pontificijs religionum nunquam (quod ego viderim) fit innouatio priuilegiorum sine confirmatione ex certa scientia, & consequenter ipsa etiam innouatio est ex certa scientia, & idem forte est in alijs indultis, veruntamen de toto vsu mihi constare non potest nec etiam repugnat innouationem adiungi confirmationi datæ tantum in forma communi, quia (vt dicebam) ex voluntate Pontificis pendet. Hoc ergo posito, probatur assertio ex interpretatione Iulij II. supra allegata, quæ plane supponit, solum verbum, innouandi, vel, quod magis est, verbu, concedendi de nouo, non satis esse ad restituendum priuilegium reuocatum, vel amissum; ergo oportet, vt in aliquo casu hoc possit in rigore verum esse; ergo maxime quando talis innouatio fit in forma communi, & re non discussa, neq; cognita. Secundo id probari potest à paritate rationis, quia innouatio restituens priuilegia reuocata, vel amissa, æquiualeat nouæ concessioni, vt supra in simili dictum est, sed incredibile est, Pontificem in generali loquentem, & sine causæ cognitione intendere, noua priuilegia concedere; ergo incredibile etiam est, vti verbo innouandi in illo sensu, quando non procedit ex certa scientia, nec causa cognita, ergo talis innouatio in forma communi non restituit priuilegia amissa, neq; dat nouum ius. Tertio, proprietates verbi, innouandi, non cogit interpretandum, ex vi illius fieri nouam concessionem priuilegij, etiam prius inualidi, vel reuocati, quia sæpe renouari dicitur quod durat, & nondum extinctum est, sicut patet non solum in arte factis, vt in domo, & similibus, sed etiam in moralibus, vt in feudo, in em-

Iulius II.

Confirmatio communi est reuocata præscriptio ac vt de usu regim. casu regim. ratem.

phyteusi, in promissione, in voto, &c. & ideo res renouata non semper est altera ab antiqua, sed est eadem in pristinum statum restituta, vel ad meliorem formam redacta, vt constat, tam ex communi loquendi vsu, quam ex Latina proprietate. Et tradidit Pan. lib. 2. consil. 67. n. 3. dicens, eum, qui petit renouationem, non supponere caducitatem, sed potius supponere existentiam, & valorem rei, petere autem renouationem, ne vetustate pereat. Et probatur optime in capit. longinquitate, 12. quæstion. 2. & cap. 1. de precarijs, iuncta Glossa ibi ergo innouatio priuilegij pura, & communis non extenditur ad nouam concessionem, sed solum ordinatur ad conseruationem priuilegij iam concessi & durantis. Probatur consequentia, quia hæc renouatio, cum non fit facta cum cognitione causæ, nec ex certa scientia, non est extendenda sed potius restringenda, quantum proprietates verbi patitur, quia fieret periculosa, & odiosa; ergo ex vitata forma non inducit nouum valorem priuilegij, sed solum renouat antiquum.

Sed quæres, quem effectum habeat talis innouatio sic explicata distinctum à confirmatione simili: nam si contingat, cadere super priuilegium inualidum vel reuocatum, aut amissum per contrarium vsum, vel alio modo, nihil confert, sicut nec confirmatio, quia deficit in fundamento. Si autem adiungatur priuilegio valido, & adhuc permanenti in sua substantia, ad summum confert ad quoddam robur, & firmitatem eo modo, quo dictum est de confirmatione in forma communi. Videntur ergo non distinguui in effectu, sed geminari voces, ad maiorem exaggerationem, & expressionem affectus concedentis. Alius vero effectus solet tribui huic innouationi, quod perillam censetur ipso facto renouatum priuilegium quo ad probationem talis gratiæ, ita vt illud nouum indulum sit quasi prius priuilegium, seu instrumentum renouatum, quia Princeps non præcipit, vel concedit vt renouetur instrumentum, sed ipsemet renouat. Sed hoc vera non ita est, nisi innouatio fit ex certa scientia, vel tenor prioris indulti in posteriori inseratur, quod perinde est. Quia si vtrunq; horum delit, generalia verba non sufficiunt, siue alia probatione authentica.

Alium effectum indicat Emman. Roderic. dicta quæstione 8. artic. 2. §. vltim. scilicet, per talem innouationem fieri, vt ad præscribendum contra tale priuilegium, necessarium sit computari tempus à tempore talis renouationis, quia licet per aliquot annos prius fuerit inchoata præscriptio contra illud priuilegium, si non fuit consummata, postea non poterit computare ad reuocationem priuilegij consummandam, sed oportebit de nouo inchoari. Quia innouatio est quedam restitutio rei ad pristinum statum, citat Corduba in compend. Man. verb. absolutio quoad seculares, 2. §. 15. sed ibi nihil inueni in eod. autem verb. 1. §. 19. vbi hoc attingit, loquitur de innouatione ex certa scientia. Et sic etiam confirmatio ex certa scientia per se sufficit ad eundem effectum iuxta superius dicta. Et ideo non possum magis tribuere hunc effectum innouationi, quam confirmationi in forma communi. Tum quia necius, nec auctoritatem sufficientem video: tum quia etiam confirmatio communis est roboratio rei præexistentis, & consequenter aufert omnem inimitatem eius; illud autem tempus contrarium quando computari potest ad destruendum priuilegium, multum debilitat firmitatem eius; ergo hæc debitas collectur per illam confirmationem. At vero nullus auctor, quem ego viderim, tribuit hunc effectum confirmationi in forma communi, neq; iura fauent, quæ de illa loquuntur. Accedit, quod si non obstantem illi innouatione priuilegij ius continue procedit in non vsu, sine temporis interruptione, magis culpabilis est & magis renuciare videtur priuilegio. Concludo igitur

Panorm.

longinquitate.

De diffin. prædicta in nouissima.

7.

Corduba.

Confirmatio communi est reuocata præscriptio ac vt de usu regim. casu regim. ratem.

igitur, hanc inuouationem parum prodesse, & ferè nihil addere supra confirmationem communem, & ideo (vt dixi) raro fieri in priuilegijs.

8. Secunda cõ- elusio. Cordub. Ioan. de Li- guan. Panorm. Felin.

Secundo dicendum est, inuouationem ex certa scientia conferre ius nouum de se, & aequualere cõ- cessione, ideoq; restituere posse priuilegium perditũ, & à fortiori omnem uerustatem eius tollere. Hæc est sententia communis omnium, quos reuili in capite præcedenti. Et eandem intendit Corduba loco proxime citato cum Ioan. de Lignan. & Panor. in c. cum super, de caus. posses. & propriet. Idem Panor. & Felin. late in cap. inter dilectos, de fide instrumen. & in Compendio Minorum, verb. priuilegia fratrum, §. 15. refert Collector, hanc fuisse sententiam doctissimorum uirorum Salmanticensium. Eisdemq; rationibus p- bari potest, quibus similem assertionem de cõfirmatione ex certa scientia ostendimus: nam ferè sunt idem, & si in aliquo differunt, in rationis paritate conueniunt, & declarari potest in hunc modum. Nam uerbum, *renouandi*, licet possit dici de re præexistente, tamen cum proprietate etiam potest cadere in rem, quæ iam perijt, & iterum excitatur, sicut resurrectio dici potest quædam renouatio. Et hoc modo interpretor differentiam illam, quam aliqui Iurista assignant inter prærogationem, & renouationem, quod illa est rei durantis, hæc uero rei, quæ iam præterijt: non credo enim esse uerum discrimen, si utrũque membrum præcisè, & æqualiter, seu exclusiue intelligatur; sic enim falsum est, quod de renouatione dicitur, vt ex dictis patet. Poterit autem differentia sustineri, si primum membrum exclusiue sumatur, non uero secundũ. Ita ut sensus sit, prærogationem dici tantum de re nondum extincta, uel tempore nondum finito, quia est dilatio, & continuatio quædam, quæ non cadit in rem extinctam. At uero renouatio non ita limitatur, sed propriè dici potest de re iam extincta, si eadem restituitur, quam uis alio modo etiam de re præexistente, utrumq; enim probant iura supra citata, & uisus, & ipsa uis uocis. Igitur quando priuilegium dicitur renouari ex certa scientia, amplianda est renouatio ad omnem modum possibilem, qui sub propriam significationem talis uerbi cadere possit. Probat consequentia, quia talis renouatio, cum sit fauor Principis, & ab eo detur ex certa scientia, & consequenter ex plenitudine potestatis, amplè interpretandum est tam ex parte personæ, quam ex parte modi; ergo de se habet vim concessionis nouæ, seu excitationis priuilegij, si necessaria fuerit. Hoc autem magis indubitanum erit, si uerba concessionis sint, & de nouo concedimus, quia nulla possunt esse clariora; ergo si simul sit, ex certa scientia, nihil amplius desiderari potest ad hunc effectum intelligendum.

9. Collector Mendicantium, dicto §. 15. fuisse datam absolute, & generaliter propter defectum relationis, indicans, attentæ rei ueritatè non fuisse legitimam, ubi Corduba etiam consentit, & Roder. dict. q. 8. art. 2. Nec uideo, quid aliud possit responderi, quia ex tenore indulti Sixti IV. euidenter apparet fuisse ex certa scientia, & mera uoluntate, & motu proprio & pro potiori cautela, omnes enim hæc particula formaliter ibi inueniuntur, quæ clarissimè explicant, mentem Pontificis fuisse, priuilegia illa ualida constituiture, in quocumq; statu antea essent. In interrogatione autem, quæ fuit proposita Iulio II. nulla mentio facta fuit concessionis de nouo ex certa scientia, sed tantum quod Sixtus IV. confirmando priuilegia, de nouo illa concessit, nullã aliam circumstantiam, uel qualitatem renouationis declarando, aut proponendo, ut apertè constat ex tenore indulti Iulij II. in Monum. Minor. fol. 125. pag. 2. in tertia supplicatione. Respondit ergo Iulius iuxta interrogatam, restringens potius, quam extendens renouationem, & ita confirmat priorem conclusionem nostram, & non ob-

Responsio Iulij II. erat potius restringens quam extendens renouationem.

Suarez de Legib.

stat huic secundæ, quia responsio non cecidit in materiam eius.

Sed quæret tandem aliquis; si tanta est uis renouationis priuilegiorum ex certa scientia, quid necesse est post illam addere clausulam, quæ frequenter in his indultis additur, *Supplentes omnes iuris, & facti defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem*. Nam eo ipso, quod per talem renouationem priuilegia omnino instaurantur, & de nouo fiunt, si necesse sit suppletur necessariò omnes iuris, & facti defectus, quæ interrogatio etiam de confirmatione ex certa scientia fieri potest: nam etiam post illam addi solet prædicta clausula. Primò ergo generalem responsionem dare possumus, hæc clausulas non semper addi propter nouos effectus, sed ad maiorem rei euentiam, & ad tollenda omnia dubia, & scrupulos. Secundo dici potest, hæc posteriora uerba extendi ad omnes defectus, siue sint contra ualorem actus ipso facto, siue non inualidit ipso iure priuilegium, dent tamen occasione mouendi lites contra illud, & procurandi irritationem illius: per solam autem renouationem, non constat satis, omnes hos defectus esse suppletos, sed solum generatim, priuilegium esse restitutum ualidè. Tertio postea quis dicere per hæc clausulam, *Supplentes*, & cætera, non solum suppleri defectus commissos in prioribus concessionibus, sed etiam illos, si qui forsitan commissi sunt in ipsa obtentione talis confirmationis, seu renouationis, qui non fuissent suppleti, si simpliciter, & sine tali clausula concessa fuisset. Et quidem hoc posterius per se manifestum uidetur. Illud uero prius ex generalitate uerborum uidetur fieri uerisimile, & quia non repugnat, illam concessionem esse simul quasi reflexiuam in seipsam, nec est maior ratio, cur aliorum indultorum defectus suppleat, quam suos. Sed huic expositioni obstat relatiuum illud, *in eisdem*. nam prius commemorantur priuilegia confirmata, & renouata, & postea suppletur defectus, & sicut hoc ultimum indultum confirmans præcedentia, non confirmat seipsum, ita supplendo defectus præcedentium, non supplet suos, si qui fortè in ipso committuntur. Dices non posse efficaciter suppleri defectus præcedentium, nisi suppleat suos. Respondeo, ad præsentem concessionem non pertinere supplere suos defectus, sed cauere illos, ne interueniant, & hoc modo posse efficaciter suppleri defectus præcedentium, cauendo suos. Imò non uidetur posse suppleri defectus, qui nondum sunt commissi, licet possint tolli impedimenta, ut censuræ, & similia, uel dispensari in aliquibus circumstantijs alioqui necessarijs, ut ibi non requirantur, nec omisio eorum sit defectus, quod per alias clausulas fieri solet, & non per illam, & ita uerius uidetur, illa uerba solum ad præcedentia priuilegia referri.

10. De clausula indultis restituta, cui addatur.

Prima ratio.

2. Ratio.

Obiectio cũ responsione.

11. De forma & uis uerborũ

Ultimò est in illa clausula consideranda forma, & uis uerborum, ut eius effectus intelligatur. Nam interdum adeò limitantur illa uerba, ut non extendantur ad priuilegia, ut in Bullis Gregorij XIII. clausula prædicta. *Quanto fructuosius, & Ascendente Domino*, confirmationis instituti Societatis, cum prius nominasset Greg. XIII. constitutiones, statuta, priuilegia, indulta, & cætera, eaque omnia confirmasset, postea limitatè subdit, *Supplentes omnes iuris, & facti defectus, si qui interuenerint in prædictis constitutionibus, & statutis*. Vbi constat, supplementum hoc non extendi ad priuilegia. At Gregor. XIII. generalius dixit, *Siqui interuenerint in eisdem*, planè referens omnia, quæ supra enarrauerat. Et eodem modo loquutus est S. D. N. Paul. V. & similia habentur in Bulla Paul. IV. anni 1561. in qua priuilegia Minorũ confirmantur. Sixt. a. V. confirmando priuilegia Minorũ, adiecit, *Supplentes omnes & singulos defectus iuris, & facti, ac solennitatum et de iuris necessitate, aut alias quomodolibet requisita, si forsitan omisaru, & alios quoscũq; defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem*. Quæ uerba specieten⁹ uidentur maiore cõ-

Greg. XIII.

Greg. XIV.

Paul. V. Paul. IV.

